



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

De festorum dierum obseruatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

**H**elena Constantini Magni mater, pientis-  
sima mulier, nobis sacrum Christianorum  
signum inuenit.

Tanta erat ueneratio atque authoritas imaginis  
Crocifici apud ueteres Christianos, ut in consicien-  
tia uicinis uoluntatibus, haeres signum sanctae crucis  
in testamento praefigere solebat, ut est tex. in l. fin. s. sub-  
scriptorem. C. de iur. deliberand. Id etiam a testatore  
in uoluntate esse affirmat Accursius in glo. sup. ver.  
venerabile in praefat. Auth. de testibus. Vbi Iustinia-  
nus casum recenset, in quo expressis uerbis testamen-  
to signum uenerabile crucis inscriptum fuisse testa-  
tor. adeo ut facile sit inde eliciendum, eius signi ad-  
uocationem tum temporis quasi de substantia eorum  
habuisse quae per iuris solennitatem in testamento requi-  
runtur.

Cruce Christi  
sublequenti  
tempore a quo  
fuit reperta.

Signum Cru-  
cis in ultimis  
uoluntatibus  
praefigi solitum  
antiquius.

### DE FESTORUM DIERVM OBSERVATIONE.

De celebrandis Pascha, Natiuitatis, Epiphania Domini,  
sanctorum Apostolorum festis praecipua dantur, quid-  
am in iis agendum vel omittendum, & quae poena vio-  
latores expectet, serio praescribitur atque monetur.

**VALENTINIAN. THEODOS. ET AR-**  
cad. A. A. A. in l. Nemo deinceps. C. de  
episcop. audient. &c.

**N**emo deinceps tardiores fortassis affatus  
nostrae perennitatis expectet, exequantur  
iudices quod indulgere consueuimus. Vbi pri-  
mus dies paschalis extiterit, nullum teneat car-  
ceris inclusum, omnium vincula dissoluantur.

Festo Paschae  
in carceratos  
relaxari de-  
bere.

Sed

Sed ad his fecernimus eos, à quibus contumari potius gaudia lætitiarq; communem dimittantur, animaduertimus. Quis enim crilego diebus sanctis indulgeat? Quis aduro vel stupri incestiue reo tempore caliginoscat? Quis non raptorem virginis in tanta quiete & gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat vinculorum quietem, qui quiescere sepultos quadam immunitate non sinit. Patiatur tormenta infamis, maleficus, adulter, violatorque mortis, homicida, parricidaque quod fecit, semper peccet. Reus etiam maiestatis de Domino, uersus quem talia molitus est, veniam non debet. His ergò tali sub astrictione natis, indultum nostræ serenitatis eo pro fine concludimus, ut remissionem veterum mina, nisi semel commissa, non habeant. In eos liberalitatis Augustæ referatur humanitas, qui impunitatē veteris admitti non condationi potius, quàm consuetudini deputarint.

*Hic adnota, quod ex superioribus verbis legitur dicunt: Vbi primus dies paschalis extiterit etc. aduertendum est olim Paschæ festo non tantum haud dubiè totidem quot hodie in Ecclesia observatur, pluresue dies fuisse sacros. Præcipit autem quous canon sanctū Pascha cum tota hebdomada sanctificari debere. c. 1. de consec. dist. 3. quod et legitur indicat lex etiam alijs festis obseruari debere. præsertim quoad negocia forensia.*

THEODOSIUS IMP. IN L. 26

C. de ferijs.

Andum diem Pascha, & diem Natalis Do-  
mini, & Epiphania, & septem qui sequun-  
tur, sine strepitu volumus obseruari, & quod  
contra hoc factum fuerit, omnibus modis irri-  
tuat.

Festorum Pa-  
scha, Natalis  
Domini, &  
Epiphaniae  
obseruatio.

CONSTANTIN. IMP. IN L. OMNES

iudices. C. de ferijs.

Omnes iudices, urbanaeq; plebes, & cuncta-  
rum artiu officia, venerabili die Solis quie-  
scent. Ruri tamen positi, agrorum cultura li-  
bere licenteq; inseruiant: quoniam frequen-  
ter euenit, vt non aprius alio die frumenta sul-  
cis, aut vinea scrobibus mandentur: ne occa-  
sione momenti pereat commoditas coelesti  
prouisione concessa.

Festum diei  
Dominici.

Negocia ru-  
stica postula-  
te necessitate  
etiam Domi-  
nicis diebus  
agi posse.

VALENTIN. VALENS ET GRATIANVS

Imp. in l. quadraginta. C. de fer.

Quadraginta diebus, qui auspicio caeremo-  
niarum Paschale tempus anticipant,  
omnis cognitio inhibeat criminalium qua-  
estionum.

Quadragesi-  
mae tempore  
in causis cri-  
minalibus  
quiescendū.

VALENTINIAN. THEODOS. ET AR-

cad. in l. omnes dies. C. eod. tit.

Manere dies feriaru fas erit &c. sacros quo-  
que Pascha dies, qui septeno numero vel  
praecedunt, vel sequuntur. Dies etiam Natalis,  
atque Epiphaniarum Christi, & quo tempore  
commemoratio Apostolicae passionis, totius  
Christianitatis magistra a cunctis iure celebra-  
tur in quibus etiam praedictis sanctissimis die-  
bus

Tria maxima  
testa anni.

De festis Apo-  
stolorum ser-  
uandis.

Dies Domini-  
nici.

bus neq; spectaculorum copiam referantur  
eadem obseruatione numeramus & dies  
quos Dominicos fite dixerit maiores, qui  
tito in sese calculo reuoluuntur, in quibus  
rem necesse est habere reuerentia, vt nec  
arbitros ipsos, vel à iudicibus flagitatos,  
sponte electos, vlla sit cognitio iniquorum.  
quindecim autem diebus Paschalibus con-  
pulsio annonariae functionis, & omnium  
licorum priuatorumque debitorum differat  
exactio.

In diebus Pa-  
schalibus de-  
bita nõ exigi.

IDEM IMPP. IN L. ACTVS  
omnes. C. eod.

Pascha.

ACTVS omnes seu publici sunt, seu priuati  
diebus quindecim paschalibus conser-  
uantur.

HONORIUS ET THEODOS. IMPP. IN  
l. Prouinciarum. C. dict. tit.

Latronibus  
nulla tempo-  
ris celebritate  
parcendum.

Isauriam no-  
tant historici,  
quod temp in  
signes habue-  
rit pyratos,  
& latrones:  
Vide: Strab.  
lib. 12. & Am-  
nian. Marcel-  
lin. lib. 14. &  
in l. fi. C. ad  
leg. Iul. de vi  
pub.

Diebus festis  
abstnendum  
à voluptatib?

PRouinciarũ præfides moneantur, vt in  
stationibus latronum, & maxime Isauria  
nullum Qua dragesima tempus, nec veniens  
lem Paschæ diem existiment excipiendum  
differatur sceleratorum proditio confilium  
quæ per latronum tormenta querenda est  
facillimè & in hoc summi numinis spe-  
renia, per quod multorum salus & incolumi-  
tas procuratur.

LEO ET ANTHEMIVS IMPP. IN  
l. fi. C. eod. tit.

Dies festos maiestati altissimè dedicati  
lis volumus voluptatibus occupari, nec  
lis exactionum vexationibus profanari. De  
minima

& exactioni  
vexationibus,  
Die Domini-  
co quid agen-  
dū, vel omit-  
tendum,

minicum itaq; diem, ita semper honorabilem  
decernimus & venerandum, vt à cunctis exe-  
cationibus excusetur: nulla quenquam vrgeat  
admonitio, nulla fide iussiois flagitetur exa-  
ctio, taceat apparitio, aduocatio delitescat, sit  
ille dies à cognitionibus alienus, præconis hor-  
rida vox filelcat, respirent à controuersijs liti-  
gantes, & habeant fœderis interuallum, ad fe-  
le simul veniant aduersarij nō timentes, subeat  
animos vicaria pœnitudo, pacta conferant,  
transactiones loquantur: nec huius tamen re-  
ligiosi diei ocia relaxantes, obscenis quenquã  
parimur voluptatibus detineri. Nihil eodem  
die sibi vindicet scena theatralis, aut Circense  
certamen, aut ferarum lachrymosa spectacula:  
& si in nostrum ortum, aut natalem celebra-  
nda solemnitas inciderit, differatur. Amisione  
militiæ proscritionemq; patrimonij sustine-  
bit, si quis vnquam hoc die festo spectaculis in-  
teresse, vel cuiuscunq; iudicis apparitor, præ-  
textu negocij publici seu priuati hæc quæ hac  
lege statuta sunt, crediderit temeranda.

In diebus fe-  
stis nihil vo-  
luptuariè cõ-  
mittendum,

Pœna violati  
festi,

IVSTINIA, IMP. IN EDICTO AD CON-  
stantinopolitanos, ne luxur. contr. nat. circ. fin. coll. 10.

Pœccatores conciliare sibi Deum oportet, qui  
meritò nobis irascitur, & quidem scientes  
rudentesq; ad sanctorum dierum reuerentiã  
benignum Deum obsecramus, vt hi qui impietatis  
actionis ceno coinquinati sunt, pœnitentiam  
capellant, &c. Predicimus autem omnibus qui  
peccatoris peccati sibi conscij sunt, nisi peccare  
desierint,

Diebus festis  
pœnitentiæ &  
reconciliatio-  
ni cum Deo  
studendum,

Kk

Cōfessio pec-  
catorum.

desierint, & se ipsos renunciantes beatissimi  
Patriarchæ, salutis suæ curam gesserint pro  
pijs actionibus Deum intra sanctum festum  
placantes: quòd acerbiora sibi accersent im-  
plicia, nimirum qui nulla de cætero venia  
igni habebuntur. Neq; enim de eius rei impor-  
tione ac correctione quicquam relaxatum  
negligentiùsue tractabitur contra eos, qui  
tra sanctum Festum se non detulerint, aut  
tàm impia actione persisterint, ne si rem-  
circa id animo simus, Deum contra nos opte-  
mus, quòd cæcutientibus oculis transmissio-  
mus actionem impiam, ac prohibitam, & quæ  
maximè idonea sit, vt bonum illum Deum  
omnium perniciem ad iram prouocet.

Peccandi per-  
seuerantia  
Deum ad iram  
prouocat.

## DE SOLENNITA- TE PASCHÆ CELEBRANDA

*Epistola imperialis.*

IMP. CONSTANTINI MAGNI, DE  
bus Synodi Nicana primæ ad Ecclesias quasq; in  
in quibus etiam Paschale festum certo tem-  
pore celebrandum constituitur.

**E**Xperientia edocuit per rerum publicam  
prosperitatem, quanta sic diuina potestatis  
gratia, illum mihi propositum esse ad  
finem iudicauit, vt à beatissimis Ecclesiæ Ca-  
tholicæ populis fides vnâ; & sincera charitas  
conueniensque in Deum pietas seruetur.  
enim cum aliter omnino fieri non posset,  
ordo stabilis & firmus constitueretur.

Conciliorum  
utilitas.

nul omnes, aut certè plures Episcopi conue-  
 nient, & de re qualibet ad sanctissimam reli-  
 gionem pertinente dijudicarent: eius rei gra-  
 tia quam fieri potuit, plurimis coactis, me quo-  
 que perinde atque vno aliquo ex vobis (non  
 enim negaverim, quo maximè lator, confer-  
 tum vestrum me esse) presente, vsq; ad eò om-  
 nia in debitam sunt disquisitionem vocata,  
 quousq; rerum omnium inspectori Deo placi-  
 ta sententia, ad consentientis vnitatis concor-  
 diam stabiliendam, in lucem est protracta, ita  
 ut nihil iam quod ad dissensionem, aut profes-  
 sionis fidei ambiguitatè facere posset, sit reli-  
 ctum. Vbi cum de sanctissimo etiam Pascha-  
 die quaestio esset exorta, sententijs omnium de-  
 cretum est conuenire, vt id eodem tempore ab  
 omnibus vbiq; peragatur. Quid enim nobis  
 esse potest vel pulchrius, vel grauius, quam si is  
 dies festus, vnde spem immortalitatis percep-  
 imus, vno ordine & celebri ritu ab omnibus  
 certò & inuiolabiliter peragatur? Ac primùm  
 quidem indigna res fuit, sanctissimum eum  
 diem imitatione atq; consuetudine Iudaeorum  
 celebrare, qui manibus suis nefario flagitio  
 contaminatis, non iniuria quoq; animis iunt  
 execrati, homines scelerati. Quid ni enim li-  
 ceat gente ea reiecta, rectiore veritèque ordi-  
 ne, quem à primo passionis die hucusq; serua-  
 uimus, ad futura quoque secula obseruationis  
 huius ritum transmittere? Itaque nihil vobis  
 commune sit cum infestissima Iudaeorū turba.

Imperatoris  
 humilitas &  
 summissio.

Celebrandi  
 Paschatis cō-  
 sensus.

Pascha Iudae-  
 orum ritu nō  
 celebrandum.

Cōstantinus  
 infensus Iu-  
 daeis.



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN

Aliam siquidem à seruatore accepimus viam  
 Propositus est sacratissima religioni  
 suus cursus, & legitima, quæ illam deceat reg-  
 la: quam vnanimi cōsensu complectentes,  
 ipsos à foeda illa conscientia & societate re-  
 hamus, fratres reuerendissimi. Et profecto  
 nium absurdissimum est illos gloriano  
 re, hisce obseruandis sufficere nos non  
 absque illorum doctrina & præscripto. Qu-  
 nam verò illi rectè sentire & sapere possunt,  
 post illam Domini cædem mentibus capi  
 ratione aliqua, sed impotenti impetu, quæ  
 que eos insitus impellit furor, ducuntur  
 ob causam, cùm in hac quoque parte  
 non perspiciant, sed vi semper affectu  
 tranuerli rapiantur, potius quàm erro-  
 rigant, eodem anno bis Pascha peragunt.  
 igitur de causa eos sequemur, qui grauius  
 se implicatos esse confitentur? Bis equidem  
 dem anno Pascha celebrare haud vnquam  
 stinuerimus. Atque etiam si hac vobis necesse  
 ponerentur, conueniret tamen vos pro mens-  
 vestra sagacitate semper & studere & cogi-  
 ne cuiuspiam similitudine & exemplo  
 tem animarum vestrarū pollueretis, ne  
 minum modis omnibus malorum confite-  
 dinem imitati videremini. Ad hæc illud  
 considerandum venit, in re tanta & tam  
 nibus religionis nostræ ferijs, dissensionem  
 tare aliquam, longè est impijssimum. Vnde  
 namq; nobis libertatis atq; redemptionis

Judaorū ab-  
 surda iactan-  
 tia.

Judæi Pascha  
 eodē anno bis  
 cēl:brant.

bre diem, sanctissimæ scilicet passionis suæ  
 saluator noster dedit. Vnam esse Catholicam  
 suam Ecclesiam voluit, cuius tamen partes in  
 multis variisq; sunt dispersæ locis, vno tamen  
 spiritu, hoc est, diuino arbitrio fouetur. Consi-  
 deret porò sanctitatis vestræ solertia, quàm  
 graue sit, & indecorum, per eosdem dies alios  
 quidem ieiuniis intentos esse, alios verò con-  
 uuiis vacare: & post Paschæ dies hos quidem  
 feruari, & conuiescere, illos autem statis ieiu-  
 niis macerari. Quapropter hanc rem pro eo  
 atque decet, corrigi, atq; ad vnum institutum  
 formamque perducere, Diuina vult prouidentia:  
 Quantum equidem extra omnem affectum  
 positus perspicio. Itaque cum hoc sic corri-  
 gere conueniat, ne quid nobis cum Domini  
 percussoribus sit commune, & decens extet or-  
 do, quem omnes Occidentalium & Meridio-  
 nalium, Septentrionaliumque habitabilis or-  
 bis partium Ecclesiæ, & quibusdam quoque in  
 locis Orientales obseruant: ea de causa in præ-  
 sentia omnibus conuenire atque placere vi-  
 sum est, ipseque adeoque id solertiæ vestræ pla-  
 citurum esse recepi, vt quod per urbem Ro-  
 manam, Italiam, Africam omnem, Ægy-  
 ptum, Hispanias, Gallias, Britanniam, Libyam,  
 cunctam Græciam, Asianam atque Ponticam  
 ditionem, & Ciliciam vno atque consentienti  
 seruatur Consilio, id libenter quoque pruden-  
 tia vestra suscipiat, secum ipsa perpendens,  
 non modò ampliorem esse Ecclesiarum in eis,

Kk 3 quæ

Vnam Deus  
 voluit esse Ec-  
 clesiam, eam-  
 que Catholi-  
 cam.

quæ diximus locis, numerū, verum etiā in idē  
communiter omnes sentire, & velle esse quā  
sanctissimam. Quin & strictior ipsa atq; es-  
ctior ratio flagitare videtur, ne qua nobis  
cum Iudæorum periurio, communitio. Et  
tandem summam rei breuiter dicam: commu-  
ni omnium iudicio placuit, sanctissimas Pa-  
schæ ferias, vno eodemq; die peragi. Minus  
namque decet in re tam sancta aliquam esse  
re dissensionē. Et pulchrius est eam sequi  
sententiam, in qua nulla sit alieni erroris & pe-  
cati contagio, ac cum res ita se habeat, libe-  
ris animis cœlestæ hoc & veræ diuinæ  
pate præceptum. **QUICQVID ENIM IN  
SANCTIS EPISCOPORVM AGITVR  
CONVENTIBVS, ID AD DIVINAM  
REFERTVR VOLVNTATEM.** In qua  
quæ scripsimus, omnibus dilectis fratribus  
stris significatis, iam rationem hanc & obser-  
uationem sanctissimi diei suscipere arde-  
stitituere deberis, vt cum in pietatis vestra  
dudum mihi fuit in votis) conspectum ve-  
ro, vno eodemq; die sanctas vobis cum festo  
celebrare valeam, & rebus omnibus vna vobis  
scum ex animo delecter, feritatem diabolum  
per vim diuinam operibus nostris subleu-  
vestramq; vbiq; fidem, pacem & con-  
diam vigentem cernens. Deus vos seruet  
tres dilecti.